Augustinus epistola 24 ante finem concludit
dicens Non debet inquit iudex
vendere iustum iudicium aut testis
verum testimonium licet vendat ad-
vocatus iustum procinium et iurisp-
peritus verum consilium Illi enim
utramque partem examinis adhi-
bentur Isti non ex una parte con-
sistunt Nichil igitur turpius nil
sordidius quam iudicium vendere ut
ponit Augustinus 1° confessionum Nam
iudicium si fiat ad precium in sordi-
bus computatur ut ait libro 10 capitulo
20 quia cum iudex sit famulus iusti-
cie si igitur iusticiam vendit suam
dominam precio exponit Verum
illud Iosue 20 verificatur Puel-
lam inquit vendiderunt ut bibe-
rent scilicet iusticiam sed qui emit non
letetur ut dicit Ezechiel primo
quia venditor et emptor peccant
Tales enim figurantur numeri 22 in
Balaam qui muneribus excecatus
fuit Unde petronius sic ait Quid
faciant leges ubi sola pecunia reg-
nat Aut ubi paupertas nullo iu-
re vincere potest Iam nunc iudicium
nichil est nisi publica merces
Quapropter Tullius libro 2° capitulo 11°
dicit quod a maioribus accipimus
ut cum iusticia nichil agerem ma-
iores enim predecessores vocantur
Unde Agellius libro 20 de ymagine
iusticie vultum quoque severum depinxit
verbaque venerandam coloravit Et
sequitur forma virginali aspectu ve-
hementi sine formidine eam intro-
nizavit quia scilicet iudices formidare

non debent cum iusticiam agant
Unde Valerius libro 6 capitulo tercio
de causa vere narrat quare fuit
decorticatus eo quod nullam iusticiam
fecerat super eius pellem filium
eius tamquam iudicem sedere assiste-
tes cogerunt Facienda est igitur
iusticia administrata verumtamen decenti
pietate sicut Ioseph fecisse legitur

## Capitulum 2m de bonis principibus

Principes sunt constituti
ut populum foveant et
protegant Unde Moyses
orabat ut deus provideret
hominem super multitudinem populi
qui posset exire et intrare ante
eos ut dicitur numeri 27 Olim enim
non genealogia sed merita eos sub-
limabant quia bonis et non gene-
rosis principatus debetur Nam
Quincius cum propriis manibus coleret
terram factus fuit consul itaque ab
aratro vocatus est in dominium
et cum suo consilio victoria adep-
ta fuisset ad pristinam pauperta-
tem reversus est ut narrat Au-
gustinus 5° de civitate dei capitulo 18°
Non igitur dominandi ambicio sed iura
regendi atque regendi aviditas prin-
cipibus adherere debet Unde Valerius
libro 4to capitulo decimo 2° narrat de Ac-
tilio quare ab aratro vocatus
est ad imperium romani populi susci-
piendum Et ideo de tempore illo
dicit quod patrie rem unusquisque
non suam augere properabat pau-
per que in divite imperio dives in
paupere adversari malebat Unde
Solinus libro 11° capitulo 2° loquendo

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0219
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg